



SVECIA.
sive
de Suecorum
Regis Dominiis
et opibus.

*Commentarius
Politicus.*

L VGD. BATAV:
Ex officina ELZEVIRIANA. 1633.
Cum Privilegio.

*Serenissimi ac Potentissimi regis Sueciae
Cubicularie, & civitatis Stralsun-
die gubernatori maxime
affrenuo,*

*Illustri ac generoso domino,
Dn. STENONI BIELKE,
Libero Baroni de Krokerum,
&c.*

N E C N O N

*Illustri ac generoso domino,
Dn. CAROLO HORN,
L. B. de Amynne, &c.*

*Promotoribus & dominis meis
gratiosis, hoc enchiridion, &c.*

Officiale dat dicaturque

*M. HENRICVS SOTERVVS,
Dalia. Suecias. Quirr. Dominae*

A 2 T Y P O.



CONTENTA LI- belli sunt sequentia octo.

I.

Regni Suecia Geographi-
ca & politica descriptio.
autore Andrea Bureo,
Sueco.

II.

*De ingenio, moribus & consue-
tudinibus Suecorum.*

III.

*De regimine politico & civili
regni Sueciae.*

IV.

De vectigalibus regiis.

A 3

V.DC

V.

*De potentia regis Suecia, tam
mari, quam terra.*

VI.

Series regum Suecia.

VII.

*Regia familia Suecia, è theatro
Nobilitatis Suecanæ, à Joanne
Messenio Sueonio fabrefacto.*

VIII.

*De propagatione religionis per
Sueciam, ejusdemque reformatio-
ne tempore Lutheri; item serie
archiepiscoporum Vpsaliensium.*

VI

I. RE.



I.

REGNI S V E C I A E G E O G R A -
phica & politica descriptio.

Auctore

ANDREA BUREO, SVECO:



V R O P AE partes ad septen-
trionem vergentes moder-
ni geographi orbem Ar-
cticum appellant. Dividitur
in Scandiam & Daniam.
Scandia vel Scandinavia, quam Plinius
insulam incomptæ magnitudinis vo-
cat, Europæ latus septentrionale clau-
dit: Regio latissima inter LV & LXXII
gradum septentrionalis latitudinis, &
XXV ac LXV longitudinis extensa: à me-
ridie Daniam & Germaniam, à septen-
trione & occasu oceanum, ab ortu ve-
ro Russiam habet conterminam: ejus
austriores partes, ubi polus ultra sexa-
gesimum gradum non elevatur, cœ-
lum satis habent mite & temperatum;
mediæ vero quæ sexagesimum gradum
& circulum Arcticum interjacent, cœ-
lum quidem non admodum clemens

A 4 habent,

numeris illis, quæ etiam hodie apud nos extant, monumentis, literis Runicis immanibus faxis rupibusque insculptis, ejus certam infallibilemque conjecturam capere. In illis namque ut plurimum ad finem adduntur hæc verba:

HΩΡΙΣΤΗΡΙΟΝ

hoc est: Deus adjuvet animam ejus. Præterea quod & artium fuerint cultores, non obscuro id est argumento, quod rustici etiamnum in scipionibus suis calendaria Runis vel Gothicis literis inarata gestent, ex quibus anni tempora, novilunia & plenilunia, annos bisextiles, aureum numerum, literas Dominicales, aliaque ad eam rem spestantia, exactissime supputare sciunt.

Ad incolarum ingenia moresque quod attinet, velim ut de iis extranei potius judicent. Verum tamen est, eos non hodie saltem, verum antiquis etiam temporibus ob hospitalitatem præ ceteris commendatos fuisse; quod testatur A. Bremensis, dicens: Quamvis omnes Hyperborei hospitalitate sunt insignes, tamen præcipui sunt nostri Sueones; quibus est omni probro gravius, hospitium denegare transeuntibus. Sunt etiam præ ceteris humanitatis, caudoris, animique synceritatis laude